

Liv., *ibid.*, 45. 1—2

Pace terra marique parta, exercitu in naves imposito... Inde magna parte militum navibus missa ipse [sc. Scipio] per laetam pace non minus quam victoria Italiam, effusis non urbibus modo ad habendos honores, sed agrestium etiam turba obsidente vias, Romam pervenit triumphoque omnium clarissimo urbem est invectus.

Barl., *ibid.*, X, 132 v.

Pace igitur per universam Dauniae Appuliaeque regionem terra marique parta, Scanderbegus magna parte exercitus sui et militum ad naves et triremes, quae in portu Trani erant praemissae, ipse deinceps... per laetam pace non minus quam victoria Dauniam, effusis non urbibus modo ad habendos honores, sed incolarum et ag(g)restium turba obsidente vias, ad mare, in portum pervenit et veluti triumphans naves ascendit... ingenti plausu et laetitia omnium regiam urbem Croiae invectus est.